



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum
speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata ut
Sacramento, & ut sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, &
Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-unctione, & demum de Ordinis
Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De aliis obligationibus clericorum, & eorum exemptione. 18

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

Calet. 2. q. 88. art. 9. Sayro in clau regia. l. 6. c. 5. n. 6. Coninc. disp. 20. dub. 14. n. 136. Bonac. de matr. q. 3. pin. 9. n. 16. Etenim...

11. Tertia difficultas est, si ignarus huius voti, & obligationis ordines suscipit. Qua in re placet mihi sententia Coninch. disp. 20. dub. 14. diff. 3. n. 145. sic distinguentis: Si...

12. Quarta, & precipua difficultas est, si metu cadente in constantem virum ordines suscipit. Pro cuius decisione suppono ex tract. de voto. disp. 1. p. 5. precipue n. 6. Et seqq. nullum votum meum factum iure naturae irritum esse: iure vero...

13. Clerici vero in minoribus constituti, si matrimonium valide contrahant, ipso iure beneficii ecclesiasticis priuantur, neque ea iam renunciare in fauorem tertij possunt quippe...

14. Ob fornicationem vero cum Moniali, cum consanguinea, vel affine, vel soluta variae poenae abrio Iudicis statuuntur, ut refert Bernard. Diaz in pract. a cap. 78. Et 81. Et seqq. Et licet ob concubinam notorie domi, vel extra, retentam, plures Doctores existimauerint, suspensionem in-

curri, ex textu in cap. Prater. 32. dist. cap. Si qui sunt. 81. dist. & c. vlt. de cohabit. Cleric. & mulier. de quo videtur potest Nauarr. cap. 27. num. 154. Menoch. de arbit. casu 418. At eo iure abolito, teste Suar. de censur. disp. 31. sect. 4. Henric. l. 9. cap. 25. n. 12. Auila 3. p. disp. 5. dub. 2. Laym l. 5. sum. tract. 9. c. 11. in fine. Concil. Trident. sess. 25. c. 14. statuit, ne Clerici, quicumque sint, concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio, in domo, vel extra, detinere, aut cum eis vllam consuetudinem habere audeant; alioquin poenis a sacris Canonibus, vel statutis Ecclesiarum impositis puniantur. Modum autem punitionis sic Concilium praescribit: Quidam si a superioribus moniti ab eis non se abstinerint, tertio parte fructuum, obuentio- num, ac prouentuum beneficiorum suorum, quoruncunque, & pensionum sint priuati, qua fabrica Ecclesiae, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicetur. Sin vero in delicto rodem cum eadem, vel alia femina perseuerant secunda monitioni ad- huc non perauerint, non tantum fructus omnes, ac prouentus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittant, qui praedi- ctis locus applicentur, sed etiam a beneficiorum ipsorum admi- nistratore, quoad ordinarius, etiam vni Sedis apostolicae dele- gatus arbitriabitur, suspenduntur, & si ita suspensi nihilominus eas non expellant, aut cum eis etiam versentur, tunc beneficiis, portionibus, ac officijs, & pensionibus quibuscunque ecclesiasti- cis perpetuo priuentur, atque inhabiles, & indigni quibuscun- que honoribus, dignitatibus, beneficijs, ac officijs in posterum reddantur, donec post manifestam vitam emendationem ab eorum Superioribus, cum eis ex causa visum fuerit dispensan- dum. Sed si postquam eas semel dimiserint, intermissum confor- tium repetere, aliam huiusmodi scandalosam mulierem sibi ad- iungere ausi fuerint, praeter praedictas poenas excommunicationis gladio plectantur. Nec quouis appellatio, aut exemptio praedi- ctam executionem impediat, aut suspendat. Supradictorumque omnium cognitio non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertineat, qui sine strepitu, & figura iudicij, & sola facti veritate inspecta procedere possunt. Clerici vero beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes, iuxta delicti, & contumaciae perseuerantiam, & qualitatem ab ipso Episcopo carceris poena, suspensione ab ordine, ac inhabi- litate ad beneficia obtinenda, alijsue modis, iuxta sacros Cano- nes, puniantur Episcopi quoque, quoad absti. si ab huiusmodi cri- mine non abstinerint, & a Synodo prouinciali admoniti se non emendauerint, ipso facto sint suspensi: & si perseuerent, etiam ad Sanctiss. Rom. Pontificem ab eadem Synodo deserantur, qui pro qualitate culpae, gratiam per priuationem, si opus erit, in eos animaduertat. Circa quod decretum aduerte, monitionem specialiter faciendam esse, nec sufficere generalem pe- edictum, uti decium refert Barbol. in remiss. Concl. ad praedi- ctum text. Quidam autem praedictam monitionem solum aliqua poena carceris, & vt alijs placet, pecuniaria leui puniri poterit arbitrio Episcopi, spectata persona, & delicti qualitate. De quo videtur potest Aloysius Riccius. Curie Archiepiscop. Neapolit. decif. 99. Sub nomine fructuum, obuentio- num, & c. distributiones quotidianae non comprehenduntur, sicuti de- cium refert Barb. in praedicto loco Concilij, tametsi contra sententia Sayro decif. 7. de verbor. significat.

PUNCTVM XVIII.

De alijs obligationibus Clericorum, & eorum exemptione.

- 1. Tonsuram habitumque clericalem deferre tenentur.
2. Rationes, ob quas Ecclesia tonsuras praescripserit.
3. Quando censetur Clericus mortale committere, non de- ferens tonsuram habitumque clericalem.
4. De exceptione remissiuo respondetur.
5. De sacris benedictionibus, & exorcismis alibi actum est.

1. Prima Clericorum obligatio est, deferre tonsuram, ha- bitumque clericalem ordini congruentem. De tonsura habetur expressè cap. Prohibita 23. dist. & cap. Clericus 1. de vit. & honest. Clericor. cap. vnic. de Cleric. coniugat. in 6. & cap. Si iudex de sentent. excommunicat. in 6. & in Trid. sess. 4. c. 6. de reformat. Quae autem sint vestes ordini congruentes, nullo textu praescribitur. Nam esto in cap. penult. de vit. & honest. Clericor. & Clement. 2. eodem tit. prohibeantur Clericis alique vestes, vt minit, decentes: at nullae, vt decentes, praescribuntur, sed communi regionis vsui relinquuntur, vt illae de- centes iudicentur quibus communiter Clerici vtuntur, & ea quorum aspectu Clerici esse iudicantur, vt tradit Gloss. in suprad. cap. verbo, Deauratis, & Clement. 1. verbo, Sacularis, de electione, & cap. Si quis virorum verbo, Vestes, 30. dist. Couarr. pract. quest. c. 31. n. 7. Farinac. pract. crim. 1. p. 8. m. 69. Sanch. l. 7. de matr. disp. 46. n. 6.
2. Varias rationes Doctores adducunt, ob quas Ecclesia Clericis tonsuram praescripserit, quas congerit Valq. disp.

disp. 250. c. 1. Prima, & præcipua est, quam tradit Beda lib. 5. *historia Anglorum*, c. 22. & Germanus Patriarcha Constantino-
polit. in *theoria rerum ecclesiasticarum*, t. 4. Bibliotheca Sanctorum
Patrum. in significatione spinæ coronæ, quam pro nobis
Christus Dominus pettulit. Secunda, ut denotetur, cogitationes
superfluas resecandas esse, & amputandas, sicuti dixit Ifo-
dor. lib. 2. de *Offic. ecclesiasticis*, c. 4. Amalar. lib. 2. de *ecclesiasticis offic.*
cap. 51. Tertia, in signum regalis dignitatis, quam sacerdotes
obtinent, ut dixit Ifo dor. loco nuper allegato. Quarta, in hono-
rem B. Petri, cui (ut refert Gemanus Patriarcha) in Iudi-
brium, & illusionem capilli capitis in modum coronæ rasi
fuerunt, cum ipsum, aliisque Apostolos Christus Dominus
misi ad prædicandum. Loco ergo illius ignominiosæ co-
ronæ, nostram portamus, ut sic ignominiam Petri debito
honore compensemus, sicuti profequitur Abulen. q. 25. c. 19.
Leuit. Ratio verò, ob quam decentes vestes specialiter Cleri-
cis præscribuntur, vno verbo Tridenti *sess.* 14. c. 6. explicuit,
ut per decentiam (scilicet) habitus extrinseci, morum hon-
estatem intrinsecam ostendant.

3. Solum est difficultas, quando censeatur Clericus mortale
peccatum committere, non deferens tonsuram, neque habi-
tum Clericorum proprium. Panormit. in *cap. Si quis, de vita,*
& honest. Clericor. existimat, omnes Clericos, tam in maiori-
bus, quàm in minoribus constitutos, obligatos esse sub mor-
tali, tonsuram, & habitum clericalem deferre. Sed meritò
hanc sententiam severam indicavit Syluest. in *sum. verbo, Cle-*
ricus, 2. n. 2. idèq; ipse, & Angelus *Clericus*, 4. n. 1. Armilla
n. 10. Sotus in 4. *dist.* 23. q. 2. *art.* 1. *post.* 2. *concl.* Nauarr. c. 25.
n. 110. censent, Clericos in minoribus constitutos, si benefi-
cio carent, obligatos non esse tonsuram, & habitum deferre:

quia possunt ab statu resiliere, & laicalem statum assumere:
quod à fortiori procedit in Clericis coniugatis, *cap. Ioannes,*
de Clericis coniugatis. Quòd si bigami sint, cum priuatur
omni priuilegio clericali, non solum non debent tonsuram
deferre, sed nec possunt, ut constat ex *cap. Aluerationis, de bi-*
gamiis, in 6. Verum, si Clerici in minoribus constituti benefi-
cium, vel pensionem ecclesiasticam possideant, obligantur
tonsuram, & habitum clericalem deferre, sicuti obligantur
Clerici in sacris constituti, ut colligitur ex dicto c. *Ioannes, de*
Clericis coniugatis, & c. *Si quis, de vita, & honest. Clericor.*

Sed, an semper obligentur sub mortali? Affirmant Panor-
mit. quem sequuntur Angel Nauarr. *suprà.* Sed dicendum est,
non esse mortale, nisi quando fuerit talis excessus, qui spe-
ctatis circumstantiis personæ, loci, & temporis, grauius hoc
nestatem offendat, cedatque in aliorum scandalum: scilicet
si ad breue tempus, vel ex aliqua causa graui omittatur. Sic
docent Syluest. *verbo, Clericus*, 2. n. 2. Valsq. *disp.* 250. c. 3. n. 22.
Laym. lib. 5. sum. tract. 9. *cap.* 12. *circa finem.* Barbosa *allegat.* 9.
à n. 11. Villal. *tr.* 11. *de Ord. distic.* 16.

4. Quoad ad exemptionem verò Clericorum attinet, &
qua ratione eam dispositione habitus, & tonsuræ amittant,
fatis diximus *tract.* 12. *de immunitate personarum ecclesiasti-*
carum, neque aliquid in præsentem addendum occurrit.

5. Supererat tractare de sacris benedictionibus, qualiter Ecu-
clesiæ, & altaria conferentur, & eorum ornamenta benedi-
cantur, qualiterque consecrationem, & benedictionem amittant,
& ad vsus profanos explicari possint. Deinde de exor-
cismis, seu Dæmonum adiuratione. Sed de primis egimus *tr.*
de sacrificio Missæ, circa finem. De secundis, 2. *p. tr.* 14. *de iura-*
mento, in fine. Idèq; ab iis in præsentem superfedendum est,

